



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Secunda Secundæ Et Tertia Pars Divi Thomæ Complectitvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores, & praxim spectantes, maximè circa
Sacramenta, accuratè declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1664

Disputatio XXXIII. De Timore.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13826

DISPUTATIO TRIGESIMA
TERTIA.

De Timore.

AGIT hoc loco Sanctus Thomas de Timore, ut de adjuncto Spei, eo quod illi quodammodo opponatur, quatenus scilicet aliquis timor religiosè recedit à Deo, in quem tendit Spes. Vt autem intelligatur de quo timore agendum sit: advertendum timorem universaliter sumptum nihil aliud esse, quàm fugam mali imminentis & futuri. Hic autem timor tripliciter accipi solet: primò prout est appetitus & fuga mali futuri, sensu apprehensi cui alius respondet in voluntate, quem precedit apprehensio intellectus ejusdem mali futuri. Secundo peculiariter sumitur timor prout est speciale quoddam vitium, fortitudini oppositum, dum nimirum homo fugit malum, quod secundum rectam rationem fugiendum non esset. Tertio sumitur specialiter Timor pro dono quodam Spiritus Sancti, per quod malum prout futurum à Deo fugimus, ut per hoc mens humana veluti freno coercetur, ne per Spem in presumptionem elevetur. De hoc ergo timore presens futurus est sermo, quamvis ad illius explicationem, de aliis etiam timoribus aliquid necessario sit dicendum.

SECTIO PRIMA.

Quodnam sit objectum materiale & formale timoris, & peculiariter de Deo.

I. Negant nonnulli Deum esse posse objectum timoris.

Chm, inquit, timor sit quidam fuga voluntatis, non potest versari nisi circa malum.

NEGAVERUNT aliqui Deum posse esse objectum immediatum timoris: Ita Bannez, Lorca, & Aragon hic, articulo primo, Caietanus supra, quæst. 7. art. 5. ad tertium. Probant primò ex D. Thoma quæst. prima de veritate art. 12. ad undecimum. Deinde ratione, quia Deus in se non est malus; ergo non potest esse objectum directum & immediatum timoris: consequentia patet; nihil enim præter malum potest timeri, ut ait D. Thomas hic, art. 11. cujus rationem reddit Caiet. 3. p. q. 7. art. 6. quia timor est quædam fuga voluntatis, at hæc non fugit nisi malum, cum à bono potius alliciat; ergo Deus solum timetur indirectè, tamquam is à quo timetur malum. Confirmatur, quia circa idem immediatum objectum, circa quod

versatur spes & gaudium, versari etiam possunt timor & tristitia, sed Deus esse non potest objectum immediatum tristitiæ, ergo neque timoris.

Quoad objectum formale existimant nonnulli illud semper esse in timore aliquod bonum oppositum malo quod timemus, ut si quis timet malum culpæ, ideo est quia movetur ad hunc timorem, vel ab amore illius boni honesti, cui opponitur talis culpa, vel ab amore bonitatis divinæ, quæ per illam offenditur; & si timet malum pœnæ, movetur, inquit, ab amore sui proprii commodi, quia enim seipsum quis diligit, & suum commodum, ideo timet malum pœnæ, quod illi opponitur.

Ratio eorum est, quia objectum formale adæquatam voluntatis, etiam respectu actuum aversionis & fugæ, est bonum sicut intellectus verum; neque enim voluntas odit vel timet malum ali- quod, nisi quia amat aliquod bonum, nec quicquam timet mortem, nisi quia diligit vitam, juxta commune illud axioma: Nemo intendens ad malum operatur. Confirmatur: Quia juxta Divum Thomam 1. 2. quæst. 43. art. 1. Amor est causa timoris;

II. Quorundam de objecto formali timoris opinio.

III. Dicunt ob- jectum adæquatam voluntatis esse bonum, sicut ob- jectum intellectu- alium verum.

timoris; qui enim honorem non amat, non timet contemptum, ergo bonum erit causa determinans ad timorem & fugam mali.

IV. Hoc tamen ita universaliter sumptum non placet; licet namque ut plurimum fortè voluntas fugiat malum, quia amat bonum, aliquando tamen malum, etiam ut malum est objectum actus aversionis, tum terminativum, tum etiam motivum, juxta Divum Thomam 1. 2. quæst. 8. artic. 1. ubi ait aversionem circa malum verificari sicut verificatur conversio circa bonum. Ratio hujus à priori est, quia malitia ex se non minus est potens ad avertendam, quam bonitas ad alliciendam voluntatem, quæ ordinatur non solum ut bona subiecti quaeratur, sed etiam ut mala fugiatur, potest autem aliquid esse disconveniens, & malum, quamvis nullum commodum formaliter pellat, sed ut sit malum sufficit quòd sit improporcionatum, ut latè Suarez Tomo 1. met. d. 11. unde experimur nos moveri motibus primò primis fugientes aliquid nocivum, dedecus exem. gratia licet tunc non apprehendamus bonum, cui opponitur: quod idem suo modo constat in appetitu brutorum, quæ se avertunt à nocivis, & tamen non apprehendunt rationem boni, cui illa opponuntur. Et sanè alioqui sequi videtur, odium & displicentiam, ab amore non distingui, cum habeant semper eandem rationem formalem.

Voluntas non ideo universiter fugit malum, quia amat bonum.

Malitia non minus apta est ad avertendam voluntatem, quam bonitas ad alliciendam.

Hoc idem probatur ex appetitu brutorum.

V. Dum ergo Divus Thomas & alii dicunt voluntatem per accidens, & ex consequenti ferri in malum, intelligendi sunt, quod feratur per distinctum actum ab eo, per quem fertur in bonum: Dicitur autem actus per accidens, eo quod fundetur, & quasi confurgat ex priori actu amoris, licet respectu illius ultima ratio formalis specificans sit malum ut tale.

Quo sensu dicat Divus Thomas voluntatem in malum ferri per accidens.

VI. Ad confirmationem respondeo, non ideo dici bonum causam timoris, quòd sit necessarium tanquam objectum, quod per se moveat ad amorem, & consequenter ad timorem, esto enim aliquando id contingat, non tamen semper est necessarium, sed ideo amor dicitur causa timoris, quia per amorem boni, quem voluntas habet connaturalem, rectè disponitur ut timeat malum, ab eadem quippe radice proveniunt amor boni & fuga mali, & eo ipso quòd voluntas ordinatur ad amandum bonum, ordinari similiter debet ad fugiendum malum: non tamen est necessarium ut ab ipso bono formaliter & actualiter determinetur voluntas ad fugam mali, sed malum vitari potest propter se, ut quando repressentato malo nulla occurrit memoria boni oppositi.

Quam ob causam amor dicatur causa timoris.

Aliquando, licet non semper, fuga mali oritur ex amore boni.

VII. Dixi, hoc sapè contingere in actu fugæ, aliqui etenim sunt actus, qui ex sua ratione petunt ab eodem motivo procedere, à quo amor boni oppositi. Contritio exem. gra. quæ est odium peccati propter Deum summè dilectum, eandem cum Charitate habet rationem formalem motivam, bonitatem scilicet Dei, ex cujus amore provenit quòd peccatum detestetur.

Aliqui actus fugæ ex eodem motivo procedunt cum actu amoris.

VIII. Omisâ ergo hac sententiâ in istâ universalitate, alii eam veram saltem esse contendunt in actibus supernaturalibus fugæ vel timoris, aut etiam cujuscunque aversionis, tum quia actus, quo odio haberetur malum sub ratione mali, non posset esse supernaturalis, cum non haberet aliquod objectum formale supernaturale, quia nullum malum potest dari, quod sit ens supernaturale, ergo objectum formale timoris supernaturalis non potest esse aliquod malum, sed semper bo-

Quidâ prædictam sententiam admittendam aiunt, saltem in actibus supernaturalibus timoris & fugæ.

num, tum quia si objectum formale timoris non esset bonum, quod diligitur per habitus virtutum, sequeretur præter habitus virtutum, quibus diligimus objecta bona, multiplicandos esse alios totidem habitus, quot sunt objecta mala, quæ timentur, vel odio habentur, quòd certe fictitium videtur.

Sit itaque conclusio: Deus potest esse objectum proximum & immediatum materiale timoris, ut is, à quo timentur malum, & cujus etiam privatio timentur: Ita Divus Thomas art. 1. & 5. ad 2. & tertiâ parte, quæst. 7. art. 6. Valentia hic, p. 1. & recentiores communiter. Probatur primò auctoritate Scripturæ, quæ passim Deum proponit uti objectum timoris: sic Psalmo 33. vers. 19. *Timete Dominum omnes Sancti ejus.* Ecclesiastici 15. vers. 20 *Oculi Domini ad timentes eum.* Matthæi 10. vers. 28. *Timere eum, qui potest corpus & animam perdere in gehennam.* Huc etiam pertinet illud Divi Augustini lib. 1. contra advers. legis & proph. cap. 16. *Salubriter non solum bonitatem, sed etiam severitatem Dei Scriptura commendat, quoniam amatur Deus utiliter, & timentur.* Ratio est, objectum siquidem timoris est malum futurum imminens, non est autem possibile aut futurum formaliter, nisi per potentiam à qua timemus venturum illud malum, ergo talis potentia est immediatum objectum timoris: sic pœnæ inferni, & similes per Fidem propositæ, tantum proveniunt à Deo tanquam à principio, & causa speciali illarum, sicut è contra Deus est Spei objectum, quia ab eo felicitatem speramus. Ad rationem contrariæ sententiæ abundè constat ex dictis.

IX. Quæ ratio- ne Deus esse possit materiale objectum proximum timoris.

Deum esse objectum timoris scilicet litera testantur.

Secunda conclusio: Insuper omne malum, quod de lege ordinariâ evenire potest creaturæ, sive Deo volente, sive permittente, dummodo sit difficulter vitabile, est objectum materiale timoris Dei, saltem secundarium, quia voluntas suppositâ cognitione talis mali contingenter eventuri, potest illud timere & fugere propter suam rationem formalem, & hoc modo multi viatores timent offensam Dei, & pœnas inferni. Hic autem timor est per modum actus efficacis, quia supposito quòd malum sit possibile, & contingenter eventurum, non est cur voluntas non possit illud efficaciter timere & fugere.

X. Malum omne, quod ex Dei voluntate accide- re nobis potest, est objectum secundarium timoris Dei.

Si verò malum sit quidem secundum se possibile, & difficulter vitabile, de lege tamen ordinariâ evenire non possit, actus efficax timoris circa ipsum verificari nequit, sed tantum inefficax. Per talem autem actum inefficacem timoris voluntas per modum displicentiæ, & nolitionis inefficacis fugit & recedit ab illo malo, ut difficulter vitabili. Hoc timore possit beatus timere peccatum, & viator confirmatus in gratiâ, licet certò sciat se ex privilegio non posse peccare. Angelus etiam timere posset suam annihilationem, utpote quam scit de potentiâ absolutâ Dei evenire posse, etsi noverit eam de facto nunquam eventuram. Dixi autem hunc timorem esse actum inefficacem: quia sicut intentio efficax verificari nequit circa bonum impossibile, ita actus timoris, qui sit fuga efficax non potest verificari circa malum, quod de lege ordinariâ est impossibile. vide Caietanum 3. parte, quæst. 7. art. 6. & Suarez tomo primo in 3. part. Disp. 20. sect. 2. sine.

XI. Quis si malum illud de lege ordinariâ evenire nequeat.

Quamvis hoc generis timoris inefficacis possit timentur.

Dices: Hic timor inefficax non videtur distinguì à simplici odio, seu displicentiâ objecti mali; nam etiam simplex odium verificari potest circa malum

XII. Objicitur, videri ex dictis timor malum

ad am- tim-

ad- am- tim-

*Tom. II.
rem inefficacem non distinguere à simplicis odio.*

malum impossibile; ergo timor non potest distinguere à simplici odio per hoc quod versetur circa malum futurum. Obiectio hæc petit sectionem sequentem.

SECTIO SECUNDA.

An timor sit distinctus ab odio mali, & an sit Spei contrarius?

I. Contrario modo timor in obiectum fertur, quam feratur Spes.

AD præsentis difficultatis resolutionem ea sunt breviter recolenda, quæ de Spe dicta sunt supra; quod scilicet sicut bonum amamus, desideramus, & speramus, ita malum odio habemus, fugimus, timemus, & si sit præsens, de eo tristamur. De obiecto ergo bono excitatur amor, de obiecto autem malo odium, & si illud sit possibile desiderium, si hoc fuga, & actus desiderio oppositus. Item sicut ex desiderio sequuntur media & eorum applicatio, quibus bonum assequamur, ita ex fugâ sequuntur media quibus malum evitetur: & quemadmodum si bonum arduum sit & apprehendatur ut futurum, sequitur Spes, ita si malum sit arduum, & quod vitare non sit in nostrâ potestate, apprehendaturque ut futurum & imminens, consurgit timor. Denique quicquid de actibus prosecutionis dictum fuerit, idem de actibus fugæ suo modo dicendum.

Per desiderium & fugam ardua adhibentur media.

II.

Timor differre ab odio, sicut Spes ab amore.

Ex quibus patet timorem ab odio & fuga mali differre sicut diximus Spem distinguere ab amore & desiderio boni. Hoc de timore efficaci fati constat, sed quia etiam inefficacem admisimus, de eo major est difficultas, propter objectionem positam in fine Sectionis præcedentis: de quo tamen timore dicimus fati etiam ab odio distinguere; licet enim simplex odium versari possit circa malum possibile, adhuc tamen timor inefficax ab eo distinguitur circa idem malum, quia odium non respicit illud ut difficulter vitabile, sed tantum displicendo in illo, vel secundum se, vel ut est malum possibile, consideratâ potentia Dei, non secundum id, quod de lege ordinariâ decrevit, sed secundum id quod absolutè potest, & consideratâ naturâ creaturæ, quæ illi nequit resistere.

Odium malum illud respicit ut possibile, timor ultro ut difficulter vitabile.

III.

Dicunt aliqui timorem non esse contrarium Spei.

Quoad secundum in titulo propositum, Salas tractatu 9. sect. 6. num. 91. cum aliis ait, timorem non esse contrarium Spei, sed audaciæ, imo docet timorem & Spem de eadem re simul posse consistere. Fundamentum est, quia unum est contrarium, & Spei contrariatur desperatio, ergo non timor, qui potius oppositionem habet cum audaciâ.

IV.

Quomodo hi affertus differant, Spes, desperatio, timor, & audacia.

Notandum: Quemadmodum Spei, quæ bonum respicit, opponitur desperatio, quæ etiam respicit bonum, & circa illud versatur, non animo erecto illud prosequendo, sicut facit Spes, sed relinquendo, ac desicendo in prosecutione illius, ita timori, qui malum respicit, opponitur audacia, quæ etiam idem malum respicit, non illud fugiendo sicut facit timor, & media ad illud vitandum adhibendo, sed spretis periculis mala omnia audaciter subeundo. His positus sit

V.

Spes & timor sibi invicem circa eandem rem opponuntur.

Conclusio: Sicut odium & fuga sunt actus contrarii amoris ac desiderio, nec possunt de eadem re simul consistere, ita Spes & timor non minus inter se circa eandem rem opponuntur,

& repugnant. Probatur: Spes siquidem vel non est actus à desiderio distinctus, vel supponit desiderium efficacem, & est prosecutio objecti: Timor verò licet sit actus distinctus à fugâ, quia supponit ex parte intellectus persuasionem, quod eveniet malum, & petit necessariò arduitatem, quam fuga & odium non petunt, est tamen recessus à re, quæ timetur, ergo quemadmodum accessus & recessus ab eodem termino simul esse nequeunt, ita nec odium efficacem & amor, etiam in ordine ad divinam potentiam, ut ait Suarez Tom. 2. Met. d. 45. Sect. 4. fine, & Tom. 1. in 3. parte, d. 38. Sect. 3. Idem dicendum de Spe respectu ejusdem rei simul cum timore.

Timor & Spes differre, sicut accessus & recessus.

Quare falsum est quod dixit Salas supra, posse scilicet respectu mortis simul esse Spem & timorem propter diversas rationes: non enim alio sensu mors timeri simul & sperari potest, quam potest simul odio haberi & amari, & sicut hæc factus sunt contrarii, & efficaces simul esse non possunt, ita nec timor & Spes, si loquamur de actibus voluntatis, fortè enim poterit Spes esse in voluntate, & timor in appetitu sensitivo, in quo insurgit horror mali, ex apprehensione ipsius ut futuri, etiamsi illud à voluntate ut bonum animi speretur. Confirmatur: Voluntas siquidem non potest simul efficaciter velle ut res sit futura, quod habetur per Spem, & ut non sit futura, quod habetur per timorem, repugnat quippe idem simul esse & non esse, etiam propter diversas rationes: obquam etiam causam nequit intellectus assentiri simul & dissentire eidem propositioni, judicando scilicet esse & non esse, etiam per actus distinctos, & ob diversa motiva.

VI. Non aliam. do potest de eadem re esse simul Spes & timor, quam amor & odium.

Timor & Spes efficaces oppositam habent motum tendenti.

Ad fundamentum contrarium respondeo, sicut amoris duo actus opponuntur, ex quorum positione definit, odium scilicet, & voluntas non amandi, similiter Spes desinere potest tum ex timore ejusdem rei, tum ex voluntate & proposito non sperandi, & hic actus communiter dicitur desperatio, quæ cum non versetur circa malum, non potest esse fuga, sed volitio determinata non sperandi. Eodem modo in timore contingit, de ruinâ domus verbi gratia, qui timor destruitur, vel per actum contrarium Spei, quo talis res jam non solum non timetur, sed etiam speratur, ut bonum animi, ad patientiam exercendam, aut aliâ de causâ, vel etiam per actum voluntatis, qui sit propositum efficacem timorem à se pellendi: hic verò actus est audacia, quæ circa malum versatur, sicut desperatio circa bonum.

VII. Sicut amor, ita & Spei duo actus opponuntur.

Timor per duos alios destruitur, Spem scilicet & audaciâ.

SECTIO TERTIA.

Quid, & quotuplex sit timor?

SI de timore in communi sit sermo, est fuga, vel recessus ab aliquo malo nobis imminente, & consequenter ab auctore talis mali; nec enim minus de ratione timoris est is, à quo imminet malum, quam de ratione Spei is, à quo speratur bonum, quicquid dicat Lorca hic, art. 1. illud autem malum debet esse aliquo modo difficulter evitabile, quia nullus timet id quod facile vitare potest. Quando autem malum quod timetur per aliquem sensum cognoscitur, timor pertinet ad appetitum sensitivum, ut illius passio, si autem cognoscatur ab intellectu, est actus voluntatis, & opponi-

I. Timor universim est fuga mali imminente, & recessus ab aliquo modo à tali mali auctore.

& opponitur Spei: consideratio verò timoris in hac latitudine pertinet ad Philosophum.

II. Si autem sermo sit de timore Dei, & prout pertinet ad Theologum, proportionaliter etiam definiendus erit, quòd sit quidam quasi recessus à Deo, supposita consideratione suæ eminentiæ, aut est fuga alicujus mali, quæ fuga specialem aliquem respectum habet ad Deum, vel quia tale malum nobis infligere potest, vel quia aliquid prohibet. Quæ definitio in hunc modum explicatur: cum enim quis considerat Dei eminentiã, & excellentiã tantæ majestatis, se quasi deprimat coram illâ, & sequè illi subjicit, tunc illa subjectio dicitur æctus timoris, & quidam veluti recessus, quo homo retrahit se, quasi indignus, qui ad tantam majestatem accedat, aut coram illâ appareat. Similiter cum quis timet sibi pœnas inferri, quia sunt illi aliquod malum, quod voluntas fugit, consequenter dicitur timere Deum, & quasi ab illo recedere, in quantum est auctor talis mali: ac denique cum quis timet incidere in malum culpæ, quia Deus illud suo præcepto prohibet, dicitur consequenter timere Deum, in quantum ille per tale peccatum offenditur.

Quid sit timor Theologicus sumptus.

Explicitio timoris prout pertinet ad Theologum.

Timor culpa & pœna.

III. Quoad multiplicatam timoris, ex dictis in hac & præcedente Sectione constare poterit tot posse multiplicari timores, quot multiplicatur bona virtutum, & vitiorum: sicut enim ad quamlibet virtutem spectat suum bonum sub propriâ ratione formali appetere, & ut eveniat media adhibere, ac demum suo modo sperare, ita ad eandem pertinet odio habere malum illi oppositum, atque adhibere media, ut non eveniat, ac denique illud timere.

Maximè veritas est timoris multiplicata.

Ad virtutem spectat, ut bonum amare, ita odio habere malum.

IV. Quod ut clarius fiat, statuamus exemplum in virtute Theologicâ Charitatis; Charitas enim amat Deum, & odio habet peccatum, divinæ bonitati oppositum, intendit illius gloriam, & fugit ipsius contemptum, adhibet media, ut Deus honorificetur, & ut peccatum contra eum non fiat, sperat illius honorem, gaudet de exaltatione nominis Dei, & dolet de peccatis commissis, tum propriis, tum alienis, quibus inhonoratur, ergo ad Charitatem spectat æctus tum sperandi, tum etiam timendi: imo cum non consecutus rerum, quæ intenduntur, malum quoddam sit, timeri potest, & dum adest timor, non fore rem aliquam, potest esse Spes eam fore, nec ille timor est contrarius Spei, sed potius est quadam virtualis prosecutio, & amor illius boni, quod Spes desiderat, ut Disputatione præcedente dixi, dum de certitudine Spei.

Simul esse potest Spes, sive ut res aliqua fiat, & timor ne non eveniat.

V. Idem est in aliis virtutibus, imo & vitis, servatâ proportionem. Luxuria exempli gratia non tantum elicit æctum amoris delectationis veneræ, sed etiam odium boni moralis Castitatis, & rerum impediendum talem delectationem, adhibet media, ut finem consequatur, sperat se consecuturum quod optat, & timet ne impediatur, atque ut verbo dicam, quot sunt amores efficaces alicujus boni, & odia efficacia mali, tot esse possunt in hoc sensu timores. Verum non est in præsentis quæstio de hac multiplicata, sed de aliâ magis generali, quæ reducitur ad quatuor membra, eaque ex Divo Augustino, præcipue tractatu 43. in Joannem, & Serm. 18. de verbis Apostoli, & Epist. 120. & ex Divo Bernardo Serm. 4. de modo bene vivendi, colligit Magister in 3. d. 34.

Quot amores efficaces alicujus rei, tot etiam sunt timores.

VI. Dividitur ergo timor in quatuor species: Prima est, quæ mundanus timor dicitur: Secunda

R. P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. II.

servilis: Tertia filialis, cujus aliqua est initialis & imperfecta, alia verò consummata & perfecta: Quartus denique timor est speciale donum Spiritus Sancti. Nota divisum hoc loco non esse propriè timorem Theologicum, qui scilicet habeat pro objecto formali Deum ipsum, cum unum ex membris dividendum sit timor mundanus, qui juxta Divum Thomam & omnes ille dicitur, quo metu mali temporalis, honoris, verbi gratia, vel vitæ, à Deo recedimus, ut illud fugiamus. Timor ergo hic in ampliori significatione sumitur, quatenus scilicet versatur circa malum prout quovis modo respicit Deum, vel tanquam terminum, à quo per timorem quis recedit, vel tanquam terminum, ad quem per mali timorem accedit, juxta statim dicenda.

Quatuor in præsentis timores de dividendum, mundanus, servilis, filialis, & timor qui sit speciale donum Spiritus Sancti.

Divisum hoc loco non est sanctum timor Theologicum.

Mala itaque pœnæ, vel sunt temporanea, vel æterna; & quidem ex timore temporalium sæpè peccant homines; verbi gratia, nimium quis amat vitam, & sese offert occasio, ut vel ea sit perdenda, vel committenda Dei offensâ, quam etiam timet, vincit tamen prior timor, & pro vitâ servandâ peccat. Contra, timor pœnæ & cruciatuum æternorum sæpè à peccato retrahit: exempli gratia, amat quis corpus & animam suam, oblatâ vero occasione peccati ab eo abstinere, ne pœnas æternas incurrat, quod etiam interdum faciunt pœnæ temporales, ut si quis propter eas à peccato recedat, furto verbi gratia, ne suspendatur, vel hæresi, ne in infamiam, aut bonorum jacturam incidat.

VII. Ex verum temporalium timore homines sæpè in peccata prolapsiuntur.

Timor pœnæ frequenter à peccato retrahit.

Duo ergo hic diversi sunt timores, prior peccare facit, & dicitur mundanus, seu humanus; secundus à peccato quidem retrahit, & ad observantiam mandatorum inducit, sed more servorum, qui sæpissimè metu pœnarum in officio continentur, & ideo à Patribus vocatur timor servilis. Ulterius potest quis ex affectu Charitatis Dei, odio habere peccatum, media ad illud avertendum adhibere, & ut imminens timere: ob quem timorem seu reverentiam ex amore ortam, Deo se ad impletionem mandatorum ipsius subjicit, ut filius parenti summè dilecto, & est tertius timor, qui quatenus imitatur timorem, quo filii moventur ad præcepta parentum implenda, ne quos summè diligunt, ac colunt, ullâ in re offendant, filialis dici solet.

VIII. Declaratur timor mundanus, seu humanus, & servilis.

Natura & notio timoris filialis explicatur.

Alius insuper est timor, qui non ex malo pœnæ provenit, sed culpæ, non quidem in quantum hoc malum est contra Deum dilectum, sed vel quia in se foedum est, ac turpe, vel quia contra honestatem & pulchritudinem alicujus virtutis amatæ: sicut enim dolor attritionis datur vel propter foeditatem peccati, vel ex motivo speciali alicujus virtutis, ita & timor, ne peccatum illud admittatur. Hic timor licet diversis nominibus significetur, & aliquando castus appelletur, aliquando filialis, sæpius tamen initialis dicitur, fortè quia, etsi ad filialem & perfectum disponat, nondum tamen ad illius perfectionem pertingit. Et sanè cum repetiri possit in peccatore sine unione illâ, quæ est inter Deum & animam per Charitatem, sicut inter patrem & filium, vel inter sponsum & sponsam, non satis commode vel castus, vel filialis nuncuparetur.

IX. Timor ex malo culpa proveniens ob foeditatem peccati.

Quis sit timor initialis, & unde hoc nomen sortiatur.

Tom. II.

SECTIO QUARTA.

An detur aliquis timor, qui fit circa bonum.

I. Negant aliqui posse dari timorem circa bonum.

Probant, quia aliqui hic timor esset virtus Theologica.

II. Dicendum, non circa malum tantum, sed etiam circa bonum versari potest timorem.

III. In quo consistat, unde oritur timor reverentialis.

IV. Timor reverentialis magis in particulari declaratur.

V. Hic affectus, ut ex sacris Literis constat, vocatur simpliciter timor.

Hoc rariis, tum novis, tum veteris Testamenti testimoniis ostenditur.

PARTEM negantem sequitur Caietanus, Bannez, Aragon & Lorca citati Sectione primâ, quorum sententia præter argumenta ibi posita & soluta, sic probari potest: Si enim donum timoris non versatur circa malum, quod fugiat, solum versari potest circa bonitatem Dei, atque ita erit virtus Theologica, quod est falsum, & contra Divum Thomam, qui omnia dona distinguit à virtutibus. Deinde timor est fuga voluntatis, quæ non est nisi mali, sicut prosecutio tantum est boni allicientis.

Communio tamen & vera sententia affirmat, posse timorem aliquem versari circa bonum: ita Divus Thomas hic, art. 2. & quæst. 81. art. 2. ad 1. ubi ait ad timorem pertinere, revereri Deum. Reverentia autem non tendit ad malum, sed ad bonum, & 3. parte, quæst. 7. art. 6. & 1. 2. quæst. 67. art. 4. ad 2. ait in patriâ non manere timorem circa malum, sed manere timorem, qui est revereri Deum. Eadem ferè sunt verba Divi Bonaventuræ, in 3. d. 34. parte 2. art. 3. quæst. ultimâ, Gabriel. quæst. unicâ, art. 3. d. 2. & Richard. art. 2. quæst. 3. qui ait hunc timorem esse conformem communi opinioni, Halensis 2. parte, quæst. 118. membro 3. art. 6. ubi alios pro eâ refert, Suarez Tom. 1. in 3. parte, d. 2. Sect. 2.

Consistit autem hic timor in quodam affectu reverentiæ ad Deum propter ejus eminentiam, quem affectum præcedit in intellectu magna æstimatio divinæ excellentiæ, & omnipotentis, quæ res omnes in nihilum redigere potest, & vilissima ipsius hominis æstimatio, cui respondet in voluntate subjectio quædam, quæ homo seipsum coram tantâ majestate dejicit ac despicit, vultque illi perpetuò subesse.

Hic ergo affectus, quo voluntas vult se subdere Deo, præferendo in omnibus honorem divinum proprio, appellatur timor reverentialis, non quidem ita rigorosè, sicut ille quo timetur malum, sed quia hic affectus solet esse effectus illius timoris rigorosi, & quia per illum reveremur Deum propter eminentiam & potentiam quam habet ad infligendum illud malum, quod solet esse objectum timoris, ut declarat S. Thomas loco illo 3. partis citato.

Hunc verò affectum reverentiæ appellari absolute timorem constat ex Scripturâ; sic enim habetur Jerem. c. 10. v. 7. Quis non timebit te, ô Rex gentium, tuum est enim decus, &c. id est tibi debetur honor, ut explicat Lira, ubi ratio propter quam Deus dicitur timendus, est quia est dignus honore, propter suam excellentiam, non verò propter malum, quod infligere potest. Deinde Lucæ c. 7. v. 16. Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum: ubi timor non videtur accipi pro fugâ mali, sed pro reverentiâ conceptâ erga Christum Dominum, quia videbant eum miracula parantem, unde cap. 5. v. 26. dicitur, Repleti sunt timore dicentes, quia vidimus mirabilia hodie: ad Rom. c. 13. v. 7. Reddite omnibus debita, cui timorem, timorem, &c. ubi timor accipitur pro reverentiâ ut explicant S. Chrysostr. & Theophilactus. Lucæ etiam primo, v. 65. loquens

Evangelista de mirabilibus, quæ in nativitate Joannis Baptistæ contigerant, ait, Factus est timor super omnes vicinos eorum: ubi causa timoris non fuit aliquod malum quod fugerent, sed potius multa bona, de quibus gauderent, timor ergo illic vocatur reverentia erga Deum propter excellentiam bonitatis, & potentis ipsius, quæ in tot tamque præclaris operibus elucebat, ut bene Salmeron tom. 3. tractatu 16. & Maldonatus in caput primum Lucæ. Hoc idem non femel indicant sancti Patres, D. Dionysius, Chrysostr. Gregorius, & Augustinus, quorum verba adfert Suarez supra.

Ad argumentum in contrarium Respondeo, timorem hunc reverentialem, qui versatur circa Dei excellentiam, non esse virtutem Theologicam, quia non versatur circa Dei excellentiam tendendo ad illam ut tendunt virtutes Theologicæ, sed deprimitur hominem coram illâ. Neque omnis fuga respicit malum, sed illa tantum qua voluntas fugit objectum, quasi nolens illud habere, illa verò fuga qua voluntas recedit ab objecto propter illius reverentiam, qua se illi vult submittere, & quasi non audens ad illud accedere, non respicit objectum malum, sed eminentiam boni; nam ab objecto bono, & valde excellenti non solum oritur amor, sed etiam hic modus fugæ, & reverentiæ, propter ipsius dignitatem.

SECTIO QUINTA.

Quis fit timor mundanus, & an semper fit malus?

TIMOR mundanus accipi non raro solet præcipuè apud Patres, pro timore malorum temporalium, quæ revera sunt digna timore: quo sensu præcisè sumptus hic timor, malus non est, nec continet quidquam contra gloriam Dei sicut neque amor earumdem rerum, si propter illa vel acquirenda vel fugienda non sit homo paratus, propter nimium in ea amorem vel timorem, ad peccatum committendum. Timet quis exempli gratia morbum, vel amissionem bonorum, sed propter hunc timorem non movetur ad aliquod peccatum, hic timor non est malus esse; imò opus est homini naturalissimum timere mortem, & alia damna temporalia, potest etiam hic timor esse bonus, si ex debitis circumstantiis fiat; sic enim Christus mortem timebat, & quilibet timere potest jacturam bonorum temporalium, ut illis servatis, melius servire possit Deo.

Communitè tamen timor mundanus accipi in malam partem solet, uti hic describitur à D. Thoma art. 3. pro eo scilicet quo quis ita timet aliquod incommodum seu amissionem boni temporalis, ut propter illud effugendum offendat Deum. Unde merito D. Thomas absolute eum affirmat semper esse malum, & peccatum, sive mortale sive veniale, juxta qualitatem culpæ, quam quis vult committere, ut malum illud temporale effugiat, & hoc modo prohibetur à Christo Matth. c. 10. vers. 28. & Lucæ c. 12. vers. 4. Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. in quæ verba D. Augustinus, apud Valentiam hic, p. 2. ait: Hoc dixit Christus Dominus ne illo timore negaremus eum; quo turbatus est Petrus, quando scilicet Christum negavit.

Ratio

Hic timor, non ex malo, sed ex admiratione excellentiæ Dei oritur.

Idem docent Patres.

VI. Timor reverentialis non tendit in Deum sicut in eum tendunt virtutes Theologicae.

Non omnis fuga respicit malum.

I. Quia Patres sæpe intelligunt per timor mundanus.

Ostenditur omnem timorem mundanum non esse malum.

II. Hic tamen timor plerumque in malam partem accipitur.

Hic timor quo sensu prohibetur à Deo.

III. Ratio verò est, quia per hunc timorem illud malum seu incommodum temporale timetur ut majus malum quam offensa Dei, quod constat esse pervertionem debiti ordinis, cum malum cuius longè majus sit, quam quodcumque malum temporale, & consequenter magis fugiendum ac timendum.

IV. Confirmatur: ille enim qui ita timet amittere commodum temporale, ut ne illud amittat velit potius Deum offendere, plus commodum illud temporale diligit, quam fugam peccati, & quam illud bonum honestum cui tale peccatum opponitur, imò plus quam ipsum Deum, siquidem hæc omnia postponit huic comodo temporali, juxta illud Joannis c. 12. v. 42. *Multi principes crediderunt in eum, sed propter Phariseos non confitebantur, ut è synagoga non ejicerentur, dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei.*

V. Hæc itaque est magna deordinatio amoris; ergo timor, qui ex tali amore nascitur, non potest esse honestus, sed semper est peccatum, sicut est ipse amor mundanus, de quo proinde dicit D. Jacobus cap. 4. v. 4. *Amicitia hujus seculi inimica est Deo: unde infert, Quicumque ergo voluerit esse amicus seculi hujus, inimicus Dei constituitur.*

VI. Hic ergo timor, vitiosus cum sit, ab habitu vitioso semper procedit: existimat tamen Valentiæ hic, p. 3. eum non procedere à speciali aliquo habitu, sicut neque confluit distinctum peccatum ab eo, quod quis propter illum committit. Aliquis ex gra. ad evitandam infamiam, quam timet, mentitur, ille timor, inquit, ab illo pravo habitu procedit, nec est distinctum peccatum à mendacio, quod propter illum committitur. Hæc ille, quod tamen non caret difficultate: ut ergo explicetur

VII. Sciendum, dupliciter haberi posse timorem mundanum: Primò, si ita pravè quis ac vehementer sit erga bona temporalia affectus, ut jam apud se explicitè decreverit potius præceptum aliquod transgredi, de non pejerando, verbi causa, quam bonum temporale, honores scilicet, vel vitam amittere, ubi talis sese offerret occasio, quod si contingeret existimant aliqui oblata tali occasione, & secuto postea illo peccato, fore duo peccata, quod nimirum antequam fiat perjurium, non sit dubium quin commissum sit peccatum.

VIII. Secundo modo potest quis habere timorem mundanum, ita scilicet ut taliter sit affectus ad bona temporalia, ut licet nihil adhuc decreverit, oblata tamen necessitate, vel amittendi bona ista, vel violandi præceptum, velit hoc potius, quam illa amittere: in quo casu dicunt aliqui non esse nisi unum peccatum, quod nimirum ante actualem transgressionem perjurii solum esset habitualiter dispositus erga peccatum, ergo solum est peccatum perjurii.

IX. Verius tamen videtur esse duplex peccatum, & perjurii oblata occasione, & prius nimii amoris erga temporalia, & timoris ea amittendi, qui fuit causa perjurii: unde talis non solum fuit malè dispositus habitualiter, sed etiam actualiter per actum illicitum nimii amoris erga ista, qui amor etsi malitiam perjurii minuat, quia facit illam minus voluntariam, est tamen peccatum distinctæ malitiæ, & speciei, juxta diversitatem virtutis, que medium ponit in amore boni, cujus amissio timetur: licet autem amor iste, vel timor, esse possit nimius, non tamen censetur pec-

R. P. Comptoni Theol. Schol. Tom. II.

catum grave, nec propriè dicitur mundanus, donec major sit appetitativè, quam amor mandatorum, vel timor transgressionis illorum. Ex quo fit timorem mundanum semper esse peccatum, ut supra dicebamus, & distinctum ab eo, ad quod inducit

SECTIO SEXTA.

Quid sit timor servilis, & an semper sit honestus?

POST mundanum timorem sequitur servilis, qui in eo conveniunt, quòd uterque pœnam respiciat, licet in eo differant, quòd mundanus solummodo spectet pœnam temporalem, servilis verò tum hanc, tum æternam: item mundanus trahit ad peccatum, à quo retrahit sæpè servilis; ille semper est peccatum, vel cum peccato conjunctus, hic sæpè actus bonus & honestus. Timorem ergo servilem ex Divo Augustino & aliis Patribus benè explicat Valentia hic, quæst. 2. quòd sit ille, quo quis timet pœnas à Deo constitutas pro peccatis, aut timet ipsa peccata ratione pœnarum, ac proinde movetur ad rectè operandum, ut eas effugiat.

Duobus ergo modis hoc potest contingere, primò si, qui habet hunc timorem, ita sit ad peccatum affectus, ut licet propter pœnam nolit eam exterius committere, interius tamen semper maneat ad illud affectus. Hic ergo timor semper est cum peccato conjunctus, eum semper maneat voluntas peccandi, atque ita malus est, non quidem in eo, quòd pœna timeatur simpliciter, sed quòd inordinatè, & plus quam culpa, oritur enim ex inordinato amore, quo quis plus suam commoditatem diligit, quam vitare Dei offensam, & consequenter reipsa plus se quam Deum diligit, siquidem ita est animo comparatus, ut Deum offenderet, nisi timeret pœnam, quam proinde magis timet.

Hoc fortè sensu intelligendus est D. Thomas hic, dum ait timorem servilem Dei, quatenus servilis est, malum esse, quòd scilicet per illum aliquis ita timeat culpam ratione pœnæ, ut sit paratus non fugere culpam, nisi propter pœnam, tunc enim maximè est servilis, cum servi ut plurimum plus pœnam quam offensam Dominorum timeant, plusque suam indemnitate, quam dominos ament. Hinc ad Romanos 8. vers. 15. *Non accepistis, inquit Apostolus, spiritum servitutis iterum in timore: ubi spiritum agendi ex timore pœnarum quarumcumque, etiam damni, vocat spiritum servitutis, sicque malus est ille timor, eo quòd conjunctus sit cum voluntate peccandi.*

Alio modo contingit timor servilis, quando quis propter hunc timorem pœnæ, sive temporalis, sive æternæ retrahitur, non solum ab actu exteriori peccandi, sed etiam à voluntate, & hic actus est bonus, cum non solum faciat ut peccatum non committatur, sed etiam ut de commissio habeatur dolor, qui attritio dici solet.

Quoad secundum in titulo quæsitum, Respondetur cum Catholicorum omnium sententiâ contra Lutherum, timorem pœnarum infligendarum à Deo, maximè gehennæ, non esse peccatum, nec reddere homines hypocritas, sed esse utilem ad vitam honestè traducendam. Hæc conclusio est de Fide

I. In quo timor servilis à mundano differat.

II. Dupliciter contingere potest hic timor.

III. Quo sensu dicat S. Thomas timorè servilem, qua servilem semper esse malum.

IV. Quomodo acceptus timor servilis sit bonus.

V. Timor pœnarum à Deo infligendarum non est vitiosus, sed honestus.

TOM. II.

de Fide, & ita manifesta, ut recentiores here- tici, Kemnitius, Calvinus, & alii eam negare non audeant. Definita proinde est tum in Bullâ Leonis decimi contra Lutherum, tum etiam in Tri- dentino Sess. 6. cap. 6. ubi de hoc timore ser- vili, per quem homo ante baptismum disponi- tur ad justificationem, explicat illud Ecclesiastici: Timor Domini expellit peccatum. Idem definitur Canone 8. his verbis: Si quis dixerit gehenna me- tum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis do- lendo confugimus, & à peccato abstinemus, pecca- tum esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit. Idem habetur Sess. 14. cap. 4. & 5.

Hic à Leone X. Assequitur.

Idem expressè traditur à Concilio Tridentino.

Hanc etiam veritatem non semel dicens tradunt sacra Littera.

Hunc timorem maxime commendant Sancti Patres.

Uterius de- claratur quomodo hic timor sit honestus, & utilis.

Quare iuxta Concilium hic metus sit imperfectus.

Ratione ostenditur timorem ex metu gehennæ esse bonum & honestum.

Timor pœnæ aternæ, & amittenda beatitudinis proventus ex honesto amore sui.

Quare hic

VI. Probatur primò ex innumeris locis Scripturæ, in quibus hic timor laudatur, consulitur, & præcipitur: sic Exodi 20. Ut probaret vos venit Deus, & ut timor illius esset in vobis, & non peccaretis. Matthæi 10. vers. 28. Timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Apocalyp. 14. vers. 7. Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicii eius. Alia hujusmodi loca videri poterunt apud Valentiam & Suarez Tomo 4. in 3. partem, d. 5. Sect. 2. & Bellarminum Tomo 2. lib. 1. de Pœnitentiâ, c. 6. & Tomo 3. tractatu de Justificatione, qui pluri- ma Sanctorum Patrum testimonia adducunt, quæ nobis timorem hunc valde commendant, eum- que custodiam animæ, & introductionem ad pie- tatem appellant.

VII. Dices: Concilium addere, si metus ille exclu- dat voluntatem peccandi, & fiat cum spe veniæ; à quibus extrinsecè, tanquam ab effectu hic timor habere potest bonitatem, & reliqua, quæ à Con- cilio dicuntur. Contra: Voluntas quippe non peccandi, & Spes veniæ ex hoc metu oriuntur ut à motivo: unde Scriptura & Concilium dicit Ninivitas hoc metu correptos pœnitentiam egisse. Docet insuper Concilium, atributionem esse do- lorem imperfectum, quia concipitur ex metu gehennæ, non solum ut ex occasione, nam ut benè argumentatur Suarez supra, etiam contri- tio, quæ est dolor perfectus sæpè ex metu ge- hennæ tanquam ex occasione concipitur, parti- culæ enim ex & propter in rigore motivum, seu causam formalem important. Item Concilium assignat ut bonum & sufficiens motivum pœni- tentiæ metum suppliciorum, & turpitudinem peccati, ergo ex se & suo objecto intrinsecè, & non solum extrinsecè ab effectu est bonus talis timor.

VIII. Ratio à priori est, quia timor alicujus mali suam speciem & honestatē sumit ex bono, cui malum illud opponitur, & ex cuius amore oritur, sed bonum, cui opponitur malum gehennæ, est per se honestum & amabile, utpote ipsa beati- tudo animæ & corporis, quæ per se est diligibili- lis, ergo. Licet enim multis assignatu difficile videatur, cujus virtutis sit hic timor pœnæ æter- næ, probabile tamen est nasci eum ex amore sui, quo nimirum quis amat incolumitatem suam, & commoditatem propriæ naturæ, ex quo amo- re provenit ut timeat malum pœnæ, rectæ suæ constitutioni contrarium. Rationi ergo maxi- mē consonum videtur amare bonam consisten- tiam naturæ rationalis in ordine ad supernaturalia, cui opponitur pœna damni & sensus, ac propter- ea actus Spei bonus est, ut supra diximus, ergo etiam & timor gehennæ, seu amittendi beati- tudinem erit bonus.

IX. Hinc sequitur timorem hunc vocari imperfe- ctum, quia quamvis cum Charitate existere pos-

sit in iusto, qui sæpè ex hac consideratione mo- vetur ad peccata detestanda, potest tamen sine illâ esse in peccatore: imo crescente Charitate & fervore ipsius decrevit & foras mittitur timor, non quidem absolute, sed quoad quandam anxie- tatem, & etiam frequentiam actus, esto namque virtus hæc remaneat in viro perfecto, nec illi repugnet in hac vitâ timor pœnarum, si non sit certus de suâ salute, parum tamen movetur hoc timore, idèoque raro ejusmodi actum elicit, nec propter timorem pœnæ, sed potiùs ob amorem Dei peccatum detestatur.

X. Objicit Lutherus, hunc actum esse malum, quia magis fugit pœnam quàm culpam. Negatur tamen antecedens, licet enim homo per illum actum magis actualiter fugiat pœnam quàm cul- pam, saltem in quantum pœna est ratio fugiendi culpam, quia tamen ipsam pœnam fugit propter bonum cui opponitur, quod est honestum, & ultimò in Deum refertur, ideo totus actus est honestus, quamvis non ita perfectus, ac si esset propter ipsam culpam: nec tamen idcirco est turpis, quia homo non tenetur operari quod per- fecit, sed quod bonum est.

XI. Deinde ordinare fugam culpæ ad fugam pœnæ non est in se malum, ut contendit Lutherus, nec malum reddie talem timorem culpæ, tum quia hoc medium revera est proportionatum ad illum finem, quia sicut pœna non debetur nisi propter culpam, ita nullum medium est aptius ad vitan- dum pœnam, quàm vitare culpam, idèoque ap- ponitur pœna transgressori peccanti, ut timore saltem hujus ad vitandam transgressionem movea- tur. Præterea etiam si culpa sit majus malum quàm pœna, fuga tamen culpæ non ordinatur ad fugam pœnæ tantum ad finem ultimum, sed tanquam ad finem proximum, qui non excludit ultimum, scilicet Deum, ad cuius gloriam tota hæc ope- ratio virtualiter refertur: sic enim ipse Deus or- dinat aliquando bonum altioris ordinis ad bo- num inferioris, Incarnationem verbi gratia, & passionem Christi ad salutem nostram, tanquam ad finem proximum, quia utrumque tandem ce- dit in gloriam Dei, atque ita nulla est in eo actu inordinatio, quamvis in objecto sit minor per- fecio.

XII. Negatur etiam id quod objicit, hunc scilicet timorem habere conditionem istam in se inclu- sam, committerem peccatum si non esset pœna ei imposta; tunc enim non averteret efficaciter à peccato, imo nec à pœnâ, ut constat, cum pec- catum, ut ait, admitteret, & consequenter pœ- nam ei debitam incurreret.

XIII. Tandem hic timor non est indifferens, sed per se honestus, timere scilicet culpam propter me- tum gehennæ, quia motivum hujus timoris non est commoditas naturalis præcisè, sed commodi- tas naturæ rationalis in ordine ad finem supera- turalem, seu dona ipsa supernaturalia, quibus anima & corpus privantur per pœnam damni & sensus.

XIV. Secunda Conclusio: Timor hic servilis non solum est honestus, sed & potest esse supernatu- ralis. Probatur, nam objectum formale hujus timoris est quid supernaturale, bona scilicet con- sistentia naturæ rationalis in ordine ad finem su- pernaturalem, quam consistentiam & ab animâ & corpore auferit pœna damni & sensus: sicut namque beatitudo supernaturalis importat visio- nem supernaturalem Dei in animâ, & dona etiam supernaturalia, in corpore quæ sperantur Spe supernaturali,

mor servilis vocatur im- perfectus.

Crescens Charitate, decrevit timor.

X. Quare vis homo per hunc timorem fugiat culpam propter pœnam, hoc tamen non obstat quo minus actus ille sit honestus.

XI. Uterius de- claratur timorem hunc, quæ quis ob pœnam fugit culpam, non esse ma- lum.

Quod est in se perfectum ordinari potest ad ali- quid imperfec- tum.

XII. Non habet hanc condi- tionem inclu- sam, com- mitterem peccatum si non esset ei pœna im- posta.

XIII. Ex motivo hujus timoris ostenditur eum non esse solum indis- ferentem, sed honestum.

XIV. Timor ser- vilis potest esse superna- turalis.

Objectum formale hujus timoris est quid su- pernaturale.

supernaturali, ita qui timet peccatum propter poenas quibus privatur his donis, habet pro ob-
jecto formali aliquid supernaturale, ipsa scilicet dona supernaturalia. Confirmatur, quia attritio seu dolor ille imperfectus peccatorum, qui concipitur est metu gehennae, est supernaturalis, ut dicitur in materia de poenitentia, quia simul cum Sacramento est dispositio ad justificationem, ut definit Tridentinum sess. 14. cap. 4. ergo & timor hic servilis culpae propter gehennam potest esse supernaturalis, cum non minus habeat objectum supernaturale.

Dolor imperfectus, seu attritio est supernaturalis, ergo & hic timor salis esse potest.

SECTIO SEPTIMA.

De timore filiali, & initiali.

I. Timor filialis duplex est, perfectus & imperfectus.

TIMOR filialis duplex à S. Thoma, & ceteris Doctoribus constitui communiter solet, alter imperfectus seu initialis, alter vero perfectus: quorum natura non facile explicari poterit nisi prius à servili distinguatur, quod hic faciemus, & primò filialem perfectum.

II. Quo pacto timor filialis distinguatur à timore servili.

Timor ergo servilis Dei juxta dicta est ille, quo timentur poenae, quae possunt nobis à Deo infligi, & quo Deum timemus ut judicem, & principium illorum malorum, quorum potest esse auctor, juxta illud, *Non est malum in civitate, quod non fecit Dominus; & Isai. c. 45. v. 7. Faciens pacem, & creans malum.* Ita Doctores communiter cum S. Augustino, qui tamen non semper eisdem verbis timorem castum seu filialem describit; interdum enim dicit esse timorem amittendi justitiam, interdum quo quis timet ne à Deo deseratur.

III. Optima D. Augustini timoris servilis & filialis descriptio.

Illam verò optimam & clara videtur descriptio qua Sermone 18. de verbis Apostoli, utrumque timorem sic definit: *Servilis timor est, quo timeamus cum damnatis ardere; castus verò quo quis timet Deo displicere.* Timor siquidem ex displicentia peccati, ut est offensa Dei summè dilecti, vel summè boni, est proprius timor filialis, qui supponit hominem timentem esse filium Dei, nam supponit eum diligere Deum quatenus bonus est, & inde timet illi displicere, ne incidat in poenam, seu ut D. Augustinus loquitur, *Ne offendant gaudium paternum, & ne displiceat oculus amantis.* Quo sensu intelligenda sunt aliae ipsius definitiones, ut quòd sit timor deserendi justitiam, &c.

IV. Quid sit Deum à nobis recedat propter nostra peccata nostra recedat.

Notandum verò, quando timeamus ne Deus à nobis recedat propter nostra peccata, considerari posse Deum ut principium illius recessus, id est non diligendi nos ratione malitiae in nobis praesuppositae, sub quo respectu etiam timetur Deus ut principium à nobis recedens, non tamen absque praesupposita malitia in nobis, & separatio etiam hoc modo timeri potest à filiis, non praecise quia est poena, sed quia à culpa provenit, ita ut magis hic vel doleamus, vel timeamus causam, quam effectum. Unde S. Aug. in Psalmum 127. dixit, timorem castum timere ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi, & ne sponsus taret; sensit ergo poenam separationis à filiis timeri posse, non praecise ut poenam, sed quia est proveniens à culpa.

Separatio hic à Deo pro poenam non timetur praecise quia est poena, sed quia procedit à culpa.

V. Timor poenae damni, & ad timorem servilem pertinet.

Secundò, quamvis timor poenae damni ob praecisam privationem visionis, quatenus est malum nostrum, & à Deo justo Judice, pertineat ad timorem servilem, timor tamen ejusdem poenae, quatenus est separatio à Deo patre nostro, quem diligimus, & contraria beatitudini, quam quis diligit ut optimum medium ad Deum perfectius amandum, quae est optima dilectio beatitudinis: ejusmodi inquam timor poenae damni est filialis, & ortus ex charitate, per quam diligitur Deus, & unio cum illo ut summè dilecto.

non potest, & ad filialem.

VI.

Timor filialis & servilis inter se essentialiter differunt.

Timor filialis respicit Deum ut personam, ex cujus complacentia fugimus malum.

Vi amor, ita etiam timor, & sine cuius gratia respicit, & hinc cuncti.

VII.

Timor initialis in quo consistat ostenditur.

VIII.

Falso asserit Durandus timorem initialis essentialiter distingui à timore servili & filiali, quia operatur ex motivo formali utriusque simul per eundem actum, qui proinde à quolibet specie differt. Hoc, inquam, est falsum, & impossibile, ut ex dictis constat. Nec ob hoc dicitur timor initialis medius inter servilem & filialem perfectum, sed quia ita habet pro objecto malum culpae ex amore filiali, ut simul etiam h. beat adjunctum & compatibilem in eodem subjecto timorem servilem poenae, etiam quoad actum.

IX.

Quis timor minuitur, crescente charitate.

Resp. Timorem servilem minui, augeri filialem.

nae, quatenus est separatio à Deo patre nostro, quem diligimus, & contraria beatitudini, quam quis diligit ut optimum medium ad Deum perfectius amandum, quae est optima dilectio beatitudinis: ejusmodi inquam timor poenae damni est filialis, & ortus ex charitate, per quam diligitur Deus, & unio cum illo ut summè dilecto.

Dicendum ulterius, timorem servilem & filialem essentialiter inter se differre: hoc expressè docet D. Thomas art. 5. estque communis Theologorum sententia. Probatur, timor quippe servilis, pertinet ad amorem concupiscentiae, & respicit malum poenae futurae à Deo: filialis verò pertinet ad amorem benevolentiae Dei, & in ejus nititur amicitia. Unde licet hic timor non respiciat immediatè Deum ut principium mali, quod timeamus, semper tamen respicit illum tanquam personam ex cujus complacentia fugimus malum: quapropter ipsum respicit ut rationem formalem displicentiae mali, seu peccati, quia amor quo volumus Deo bonum ipsius, immediatè respicit bonum ut finem cuius gratia, & simul etiam respicit finem cui, id est personam ex cujus benevolentia illud bonum amamus: similiter in displicentia vel timore peccati, quatenus est offensa Dei, & odio habetur, non tantum respicit malum quod fugimus, sed simul etiam personam ex cujus amore illud fugimus ut hic respicit Deum.

Quoad amorem filialem imperfectum seu initialem, dicendum non esse actum essentialiter distinctum à timore vel servili, vel filiali, ut expressè D. Thomas quaest. 19. articulo 8. dicens, Timor initialis aut est timor servilis quatenus introducit charitatem, vel potius est timor filialis imperfectus, qui non differt in substantia à perfecto, sicut nec charitas imperfecta à perfecta; est autem filialis timor imperfectus, & remissus, quando nondum omnino expulsus est timor servilis:

Falsa proinde est sententia Durandi in 3. d. 34. q. 3. qui dicit, timorem initialem distingui essentialiter & à timore servili & filiali, quia operatur ex motivo formali utriusque simul per eundem actum, qui proinde à quolibet specie differt. Hoc, inquam, est falsum, & impossibile, ut ex dictis constat. Nec ob hoc dicitur timor initialis medius inter servilem & filialem perfectum, sed quia ita habet pro objecto malum culpae ex amore filiali, ut simul etiam h. beat adjunctum & compatibilem in eodem subjecto timorem servilem poenae, etiam quoad actum.

Quares, quis ex his timoribus minuat quoad frequentiam actuum, crescente charitate, nam quoad habitum suppono utrumque augeri in homine justo, dum augetur charitas, quia cum gratia augentur omnes virtutes, & habitus supernaturales, qui ab illa emanant. Respondet D. Thomas art. 11. filialem augeri, minui servilem, quod satis ex dictis constat: & ratio est, quia quò magis quis diligit patrem aut amicum, eò magis cupit non separari ab ejus amicitia, & plus timet illum offendere, ne amicitiam laedat, vel amittat, non verò ita frequenter timet offenderè propter supplicium, quia hoc est magis proprium servorum. In hoc itaque sensu intelligendum est quod dicitur prima Joannis c. 4. v. 18. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem; servilem scilicet quoad frequentiam actuum, de quo optimè D. Aug. in Psal. 18. & 127. & alibi.

SECTIO OCTAVA.

Ad quam virtutem spectet, & quos habeat actus timor hic filialis?

I. Timor filialis perfectus procedit à charitate.

Hoc ex eo ostenditur, quia fugere peccatum quatenus est offensa Dei, oritur à charitate.

II. Sanctorum Patrum auctoritate idem declaratur.

III. Ratio est, quia obiectum formale huius timoris est bonitas Dei.

Qui se timet, fugit malum ex benevolentia erga Deum.

IV. Aliunde ostenditur timorem filialem perfectam procedere à charitate.

V. Cum hic actus sit perfectissimus, necessarium est, ut relationem aliquam habeat ad charitatem.

VI. Quos, & quinam sint huius timoris actus, non levis est

PRIMA Conclusio: Timor filialis, seu culpæ, prout contra Deum & eius bonitatem, provenit à virtute Charitatis: ita D. Thomas hic, art. 6. & 3. parte, quæst. 85. art. 2. ad secundum, ubi docet complacentiam divini boni, & displicentiam peccatorum, quatenus sunt offensa Dei, elici à virtute Charitatis: quem sequuntur eius discipuli Caietanus hic, art. 2. Sotus in 4. dist. 14. art. 2. Canus relectione de penitentia p. 2. timor autem & fuga peccati quatenus est offensa Dei, & contra bonitatem ipsius, est quedam displicentia peccati sub eadem ratione; ergo iuxta beatum Thomam elicitur à virtute Charitatis.

Hinc D. Gregorius 34. Moral. cap. 17. ait hunc timorem castum gigni à Charitate, non timorem fervilem. Idem docet D. August. Sermon. 18. de verbis Apostoli, & Sermon. 214. Cum cavet anima ne Deus desertus illam deserat, timor est castus, & Psalm. 118. Sermon. 3. Absit ut timore pereat amor; ubi castus est timor: sic patres à filiis piis & timentur & amantur; sic pudica conjux virum timet ne ab illo deseratur, & amat ut fruatur, &c. Sanctus etiam Bernardus Sermon. 4. de modo vivendi ad fororem ait esse timorem offendendi Deum, & contra eum peccandi, & oriri ex amore Dei.

Ratio autem conclusionis satis ex dictis constare potest, quia in tali timore invenitur obiectum formale Charitatis; tota enim ratio timendi per hunc timorem est bonitas divina, cui placere desideramus, est enim odium, quo ex complacentia Dei detestamur malum culpæ imminens, seu possibile & futurum, qui actus est amicitia per respectum quem necessario includit ad personam, ex cujus benevolentia malum illud fugit, & propter hunc respectum juxta communem sententiam dolor de peccatis propter Deum, sive ex complacentia bonitatis Dei, est contritio, quæ à Charitate etiam procedit.

Secundò probatur à posteriori, hic namque actus casti amoris non potest ab alio habitu elici, ergo: Antecedens probatur, est enim actus perfectissimus, quia in subiecto, in quo est exigit perfectam Charitatem, ut Patres omnes ac Theologi fatentur, & consequenter respicere debet rationem aliquam perfectissimam.

Si dicas respicere malum quod fugiat, peto quod malum, penæ an culpæ, & cum certum sit eum culpam fugere, peto rursus sub qua ratione: si enim solum quia contra bonum honestum, erit actus alicujus virtutis specialis, quæ bonum illud honestum respicit cui peccatum contrariatur; sin autem quia est contra divinam bonitatem, cum ille actus odii peccati, ut diximus, sit perfectissimus, erit actus Charitatis, ad quam pertinet, ut amare bonum, ita odisse malum illi oppositum, ut hoc modo timendo amet, & amando timeat.

Quoad secundam verò partem, de actibus scilicet huius timoris, major est difficultas; licet enim conveniant omnes timorem illum actualem, qui est fuga mali culpæ, in quantum est contra Dei bonitatem, esse actum huius virtutis, aliqui

tamen contendunt hunc solum esse actum huius timoris: illum verò qui est reverentialis subjectionis & submissionis Deo, quo se illi iusti submitunt, & quo præcepta ipsius servant, illi obediunt, ad donum potius timoris revocant, quod à Charitate distingunt, & ab habitu humilitatis elicitum esse putant. Alii contra & donum ipsum timoris à Charitate non distingunt, ut dicam Sectione sequente, & hunc actum, licet ad donum pertineat, non minus à Charitate elici quam alium, & utrumque nomine timoris filialis comprehendi existimant. Res hæc commodius discutietur Sectione sequente, modò

Dicendum, utramque sententiam ex parte verum attingere: Primam, in quantum dicit nomine timoris filialis, utrumque illum actum comprehendi: Secundam, quatenus affirmat duos illos actus distingui, & ad diversas virtutes pertinere. Hanc conclusionem idcirco statuo, quia vix aliter intelligi poterunt, & inter se conciliari, quæ D. Thomas, & Doctores communiter docent de donis Spiritus sancti, ea scilicet à virtutibus distingui, & quia omnes in Christo & Beatis, ut postea dicetur, admittunt timorem filialem quoad actum, non tamen illum quo ex Charitate timeatur malum culpæ ut imminens, quod illi statui, ut postea ostendam, repugnat; ergo alium, nempe subjectionis, ac proinde nomen timoris filialis utrique est commune.

SECTIO NONA.

An sit speciale aliquod donum timoris, quid sit, & quos actus habeat?

Quoad primum, communis est Sanctorum Patrum ac Theologorum sententia, sacrarum etiam Literarum auctoritate firmata, septem dona Spiritus sancti hominibus iustis infunduntur. Quæ etsi Scotus & Gabriel in 3. d. 34. sentiant non differre essentialiter à virtutibus, contraria tamen sententia probabilior multo est, & Sanctis Patribus conformior, tum quoad actus tum habitus, non quidem ex eo quod semper respiciant obiectum diversum, cum frequenter circa idem versentur, nam donum pietatis tendit ad motivum, ad quod tendit virtus religionis, & donum fortitudinis ad idem ad quod fortitudinis virtus. Distinguntur ergo dona à virtutibus propter præstantiorem modum tendendi in idem obiectum; habitus namque virtutum infunduntur ad eliciendos actus juxta communes & ordinarias regulas prudentiæ, quæ attentis circumstantiis dicat illos esse hic & nunc eliciendos; at verò habitus donorum infunduntur ad eliciendos actus ex speciali instinctu, seu impulsu Spiritus Sancti supra communes leges, & quando illæ dicarent potius contrarium: v. g. virtus fortitudinis inclinat ad aggredienda pericula, & mortem ipsam quando prudentia secundum communes leges dicat id esse necessarium; at verò donum fortitudinis inclinat ad aggredienda pericula ex speciali motione Spiritus Sancti, etiam quando lex prudentiæ dicaret oppositum, ut cum Martyres aliqui se sua sponte in ignem coniecerunt. Inter hæc autem dona constat numerari donum timoris.

Quoad secundum, quid nimirum sit donum timoris, aliqui ad charitatem illud reducent maximè

res diffinitas.

Tin. rem reverentia. lem nomen à ab humilitatis habitu procedere affirmant.

VII. Verius videtur duo illos actus distingui, & ad diversas virtutes pertinere.

Quis timor filialis in Christo & Beatis sit admittendus.

I. Septem dona Spiritus sancti hominibus iustis infunduntur.

Spiritus sancti dona non semper ad diversum obiectum tendunt à virtutibus.

Assignatur quo donum sit verum discrimen inter dona & virtutes.

Inter alia Spiritus sancti dona numerandum est donum timoris.

II. Donum timoris non

nulli redu-
citur ad cha-
ritatem.

maximè ob Sanctorum Patrum auctoritatem : primò D. Ambrosii ad caput 4. Apocalypsis : ubi cum Christum ex obedientia mortuum fuisse dixisset, subdit : *illa obedientia non fuit timoris, sed amoris, de quo timore salmista dicit, Timor Domini sanctus, permanens in seculum seculi, non autem timor sed charitas Dei in seculum permanet*; quasi diceret ille actus ratione cujus dicuntur Beati timere Deum est actus charitatis. Secundò, D. Augustini Homilia 9. *Si dicat tibi Deus fac quod vis, imple cupiditates tuas, extende nequitiam, &c. non te in gehennam mittam, faciem tamen meam non videbis, si ad istam sententiam expavisti, amasti : si ad hoc quod dictum est, faciem suam tibi negabit Deus tuus, contremuit cor tuum, & in nati videndo Deum magnam penam putasti, gratis amasti.* Tertiò, D. Bernardi de modo bene vivendi, Serm. 40. *Timor, inquit, ille castus est, quia non recipit adulterum amorem, quia Deum super omnia diligit, & nihil amori ejus praponit.*

Patres do-
num timoris
asserere vi-
dentur per-
tinet ad
charitatem.

III.
Donum ti-
moris ad
virtutem
humilitatis
reducendum
alii arbi-
trantur.

Alii existimant timorem verari circa objectum humilitatis, atque adeo virtuti humilitatis respon- dere : ita Divus Thomas hic, art. 12. ex Divo Augustino, Secus d. 34. §. *de donis dico*, Gabriel ibidem quaestione unica, Suarez in 3. parte, Tomo 1. d. 2. Sect. 2. §. *Quocirca*, qui etiam auctoritate Patrum nituntur : Nam Divus Gregorius lib. 2. mor. cap. 26. ait timorem nobis esse datum contra superbiam : & Divus Augustinus Tomo 4. lib. 1. de Serm. Domini in monte, inter alia multa ; cap. 4. sic habet : *Timor Domini congruit humilibus, de quibus apostolus dixit, noli altum sapere, sed time*, quasi hæc sint opposita, cum tamen superbia humilitati, non Charitati propriè opponatur. Citati etiam solet Divus Ambrosius, & Divus Bernardus.

IV.
Ratio cur
nominis di-
cuntur donum
timoris esse
charitatis ad hu-
militatem.

Ratione probatur : Timor quippe reveren- tialis Dei consistit in illo affectu reverentiæ & submissionis ad Deum propter suam excellentiam, & nostram imbecillitatem, ex quibus motivis creatura se Deo subjicit, ergo versatur circa ob- jectum humilitatis, & ob motivum & honesta- tem, quæ in tali subjectione cornitur, quæ est motivum & honestas humilitatis.

V.
Utraque hæc
sententia
suam habet
probabilita-
tem.

Utraque sententia est probabilis, & ut certum in utraque supponendum actum Doni timoris imperari posse ex motivo Charitatis, imò & ita sæpe in viris perfectis contingere : quo modo fortè intelligendi sunt Patres illi, dum timorem Charitati tribuunt, ex quo tamen non sequitur quod elicitivè, & quantum est ex sua natura non pertineat ad humilitatem, petatque elici ob honestatem creatam, quæ in hoc reperitur quod est subdicere se Deo, estque motivum sufficiens ad inducendam voluntatem ut fugiat à peccato, in quantum est contra debitam subjectionem erga Deum, & si fiat ex speciali motione Spiritus Sancti pertinebit ad donum timoris : Secundum quam rationem constat non posse pertinere ad virtutem Theologicam, quæ semper habet quædam increatum pro objecto.

Timor prout
est donum
spiritus S.
& ad chari-
tatem per-
tinet, & hu-
militatem.

VI.
Magis tamen
proprie Do-
num timoris
ad humili-
tatem redu-
citur, quam
ad Charita-
tem.

Mihi dicendum videtur, posteriorem senten- tiam simpliciter probabiliorem esse, utpote quæ magis est conformis communi Theologorum sententiæ distinguenti dona à virtutibus, & præ- cipuè Theologicis. Unde Divus Thomas 1. 2. quaest. 68. art. 4. ad 3. dicit dona supponere ani- mam conjunctam Spiritui Sancto mediis virtuti- bus Theologicis, ut deinceps ab illo mediis do- nis moveatur. Quare in solis justis reperitur juxta illud Divi Pauli : *Qui Spiritum Dei aguntur* ;

hi sunt filii Dei. Idem S. Thomas hic, articulo 9. ad tertium, ait donum timoris non pertinere ad Charitatem, sed esse quid minus virtute Theo- logicâ.

Quoad tertiam partem de actibus : verius est primò ad hoc donum pertinere actum reverendi, & submittendi se Deo, timereque peccatum, in quantum est contra bonum hujus reverentiæ, & submissionis Deo debite, privatque bonitate il- lius : ita Divus Thomas art. 9. ad 4. ubi ait su- perbiam opponi timori filiali, quo Deum reve- remur : & in corpore ait, per timorem castum & filialem, qui est donum Spiritus Sancti, nos revereri Deum, & refugere illi nos subducere : & expressius 3. parte, quaest. 7. art. 5. dicit timo- rem culpæ non fuisse in Christo, fuisse tamen in eo donum timoris filialis, id est reverentiæ erga Deum.

VII.
Primus a-
ctus hujus
timoris est
actus reve-
rentiæ &
submissionis
erga Deum.

Sed objiciunt, qui hunc actum soli Charitati tribuunt, quia scilicet donum timoris ab eâ non distinguunt : hic actus esse debet perfectissimus, utpote qui petit perfectissimam unionem cum Deo, & subjectionem respectu illius, ergo oriri debet ex Charitate, ergo vel quia ab eâ elicitur, vel quia imperatur, si primum, habetur inten- tum, si secundum quærent utrum illa subjectio ad Deum habeat esse donum timoris ex eo quod imperatur à Charitate, an ex se ; non secundum, qua ut sic est actus minus perfectus, quam qui petat tam perfectam unionem, ergo id habet ex actu Charitatis, ergo actus Charitatis à fortiori id habebit.

VIII.
Dicitur : Hic
timor est
actus perfe-
ctissimus,
ergo oriri
debet à Cha-
ritate.

At hæc objectio parvi est momenti, & ex di- ctis constat illius solutio ; licet enim hic actus sit perfectus, tum ob perfectum modum tendendi, utpote ex speciali motione Spiritus Sancti, tum etiam ob perfectam unionem, quam non tam ip- se actus facit, quam factam supponit per Charitatem, & cæteras virtutes Theologicas, quas, ut supra dixi, supponit ; & quamvis possit ab ipsis imperari, non tamen est necessarium, neque ab ipsarum imperio habet quod sit donum, sed quia specialiter infunditur à Spiritu Sancto, & sit ex speciali ejus motione.

IX.
Respondetur,
actum hunc
timoris re-
verentialis,
non tam fa-
cere perfe-
ctam illam
unionem,
quam à cha-
ritate, &
cæteris vir-
tutibus The-
ologicis fa-
ctam suppo-
nere.

Porro alius actus, quo timetur peccatum in quantum est offensâ Dei, & quatenus nos separat à Deo summè amato, ut certum suppono ad Charitatem pertinere. Dixi summè amato, quia proprium est veri filii potius peccatum timere quia injuriosum Deo, & quia filiationem dissol- vit, quam quia pœnam, etiam damni adducit : atque ita hic actus ad donum speciale timoris non pertinet, tum quia est actus virtutis Theologicæ Charitatis, quæ à donis distinguitur, tum quia Divus Thomas hic, art. 9. docet actum doni timoris non esse ab habitu Charitatis, sed ab alio habitu imperfectiori.

X.
Quis actus
timoris per-
tinet ad
charitatem.

SECTIO DECIMA.

Utrum in Beatis sit timor ?

Divus Bernardus Epist. 196. ad Innocen- tium : refert inter errores Abailardi, quòd nullâ distinctione adhibita dixerit in beatis non esse timorem. Idem refert Castro verbo Timor hæresi 2. Sanderus & alii ; quem errorem dam- navit Innocentius, eumque absolutè errorem vo- cat Valentia hic, p. 5.

I.
Error etiam
dam circa
timorem in
Beatis.

Q. 4

Quoad

TOM. II.

II.
Timorem aliquem esse in Christo, omnino certum est.

Hinc constat, nec alius san-ctis, ratione status beati-fici, repu-gnare om-nem timo-rem.

Ex Patribus ostenditur timorem aliquem manere in Beatis.

Quo sensu intelligendum sit, timorem non esse in charitate.

III.
In Christo Beatis non potest esse timor servilis.

In patriâ etiam nullus esse potest timor culpa.

IV.
Non rectè quidam de timore in cælo remanente opi-nantur.

Quoad Christum verò Suarez Tomo primo in 3. partem, d. 20. sect. 2. docet esse de Fide esse in eo aliquem timorem. Hoc ergo ut indubitatum statuatur ex Scripturâ sacrâ, & Patribus, nam Isaia 11. de Christo dicitur: *Replevit eum Dominus spiritu timoris Domini*: & si Christo non repugnet ratione status beatifici, nec aliis beatis repugnabit: unde Job 2. 6. *Columna cæli, id est Angeli juxta Sanctum Gregorium, contremiscunt, & pavent ad nutum ejus*: hinc etiam est illud Ecclesiæ: *Tremunt potestates*. Item Psalm. 18. dicitur: *Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi*. quibus verbis juxta Divum Cyprianum, significatur timorem Domini in sæculo futuro reipsa mansurum, & non tantum secundum effectum, id est, præmium, quod assequitur, quâ ratione Psalm. 9. dicitur: *Patientia pauperum non peribit in finem*: quâ etiam ratione priora illa verba exponi possent, nisi aliter Patres ea explicarent futurum timorem Domini in sæculum: Primò enim tradunt hoc discrimen inter timorem servilem & filialem, quòd hic duret in futuro sæculo, ille verò non, cum tamen quoad effectum ille etiam duret, sicut penitentiâ & Fides: Deinde Sancti Patres explicantes illud Joannis, Timorem scilicet non esse in Charitate, cum aliàs scriptum sit, timorem Domini manere in æternum, respondent, intelligendum illud esse de timore pœnæ, non verò de casto.

Difficultas ergo est. quis sit hic timor, qui in Christo reperitur; primò enim constat non posse esse servilem, ut optimè Divus Thomas hic, art. 11. tum quia imperfectus est, & statum illum dedecens, tum quia consistere non potest cum securitate beatitudinis, omne malum à se excludentis. Hinc etiam inferitur in patriâ nullum esse timorem culpæ; nec enim minorem habent securitatem de non offendendo Deo, cum hoc illi statui maximè repugnet. Imo neque Timor filialis in cælo manet quoad hunc actum, etiam in quantum à Charitate procedit.

Falsâ proinde est duplex illa expositio, quæ de timore perseverante in patriâ ab aliquibus adhiberi solet: Prima est quorundam, quòd nihil aliud sit hic timor, quàm fuga & detestatio mali culpæ, secundum se possibilis naturæ, propter ipsius imbecillitatem, quæ culpa sc̄cluso illo statu

potest ipsis evenire, de quâ proinde habent actum displicentiæ, quamvis culpa impossibilis sit beatitudini.

Secunda expositio est aliorum, qui sequuntur Caietanum 3. parte, quæst. 7. art. 6. ut sit de malo, quod Deus de potentiâ absolutâ possit inferre creaturæ, quamvis beati cognoscant nullum sibi malum unquam futurum, nec Deum eâ potentiâ usurum. Neutra tamen explicatio videtur admittenda, cum contraria sit sententiæ Patrum, & Sancti Thomæ, qui asserunt in patriâ non esse timorem pœnæ, sed castum, ac verò in patriâ non solum est detestatio mali culpæ, sed pœnarum etiam inferni, ergo ea non est timor.

Quoad secundam explicationem idem constat; objectum siquidem timoris est malum sub aliquâ ratione futuri apprehensum, sicut objectum Spei est bonum, ergo solum malum possibile secundum se, impossibile verò ratione beatitudinis, non est objectum proprii timoris, licet possint beati habere tale odium peccati ex Charitate ortum, ut constat & D. August. lib. 5. de Civitate Dei, cap. 9. dicente: *Timor ille castus non erit timor proveniens à malo, quod accidere potest, sed tendens in bonum, quod amitti non potest*.

Dicendum ergo, timorem hunc non esse tu- gam alicujus mali imminentis, sed affectum reverentiæ erga Deum, qui in beatis excitatur, ex contemplatione divinæ Majestatis: unde etiam oritur quædam detestatio omnis elationis contra Deum: Ita Divus Thomas art. 15. & clarius 3. p. quæst. 7. art. 6. ubi in Christo Timorem esse docet, non qui respiciat aliquid malum, aut separationem à Deo, sed qui respicit eminentiam divinæ Majestatis. Eodem modo hunc timorem explicant Magist. 3. d. 34. & D. Bonaven. ibid. art. 2. quæst. 3. Gabriel quæst. unicâ, artic. 3. Durandus, & alii.

Ratio conclusionis est: Timor siquidem reverentialis non importat imperfectionem aliquam repugnantem statui beatifico, sed potius mag- nam affert perfectionem: sicut enim beati perfectius longè cognoscunt infinitam Majestatem, & excellentiam Dei, quàm viatores, ita majori jure revereri illam debent, & se illi subijcere: negandum proinde non est in illis reperiri timorem filialem, & reverentialem.

V.
Mala alii volunt consistere in timore mali generatim sumpti.

VI.
Objectum timoris debet esse malum aliquo modo futurum.

VII.
Timor in Beatis est reverentialis, ortus ex contemplatione divinæ Majestatis.

VIII.
Timor reverentialis nihil in se continet statui beatitudinis repugnans.

